

R E C T O R

ATHENÆI LUDOVICIANI

IUSTUS FRIDERICUS DILLENIUS,

MED. D. ET PROFESSOR ORDINAR.

TOTUSQUE SENATUS ACADEMICUS

STUDIOSIS ACADEMIÆ CIVIBUS

S. D. P.



Uicunque ATHENÆA CHRISTIANA pietatis, iustitiæ omnisq; literaturæ melioris meliora ^{ἀριστεία} es Semi-
naria, ad Ecclesiæ militantis tutelam, Reipublicæ languentisq; medelam, Artium & Linguarum clientelam instituta dixit, me quidem iudice rectissime
dixit: Etenim nemo melius vel de Ecclesiâ vel de Republicâ meretur, quàm qui Scholis & Academiis optimè provident, & iisdem operam
manibus pedibusq; navant indefessam. Neque enim is solum Reipublicæ prodest, qui ad militiam & arma instruit juventutem, aut in foro
accusat reos ac defendit insones, deque iustitiæ causæ dissetit acutè pro iustis; Verum si potissimum, qui juventutem pietate imbuit, vir-
tute instruunt ac doctrinâ expoliunt optimarumq; Artium cognitione. Præceptorum hoc munus est ac Professorum publicorum, orni
consilio, studio, officio, operâ, labore, diligentia Studiosis adolescentibus consulere atque prodesse; Quemadmodum vicissim Studioforum
ingenuorum officium est, Auditorii frequentiâ, sedulitate ac industriâ excitare munus Professorum: Nam, ut Quintilianus ait, Optimus
bene multis, ut in plerisque Germaniæ nostræ Academiæ, ita & in hac nostra Ludoviciana perverius iste mos, ut *Lectiones Professorum publicæ* rarius invitant Studiofi
juvenes, persuasi falsò, Nos maiorem privata institutioni adhibere diligentiam quàm publicâ: At bona verba! Quasi scilicet meliora semper illa sint, quæ pluris emuntur
deteriora verò quæ gratis offeruntur: Aut, quasi minus meditata opera debeatur Auditoribus incertis & peregrinis, inopinatò sæpe Auditoria publica accedentibus & præ
foribus clam auscultantibus, quàm certis & familiaribus domi nostræ Nos quotidie convenientibus. Et verò de hac Auditorum raritate Auditoriorumq; solitudine
contra temporum injuriâ iure quondam etiam conquestus fuit *vir & eruditione pariter insignis Vir, Matthias Berneggerus, Argentoratensis Academia Professor inclitus*,
cùm præfatur ad suas in *Suttonium Dissertationes*. Interdum Nos non multitudo solum congregationis Academicæ constringit ad diligentiam, sed & ipsa solitudo Nos vocat ad
necessitatem vocationis nostræ. Quapropter & Nos ipsa interdum in raritate Auditorum consideremus vocationem nostram, quæ duobus etiam vel tribus obligata est:
Et æquum est, molestum sit licet, paucis se benevolam præstare bonis, ut multos ita provocemus, dum paucis prosumus. Antiquum igitur obtinebimus & solito tra-
mite bono cum DEO pergemus alacriter, pro pristina Academicæ nostræ dignitate speratq; Academicorum utilitate. VOS modò *Cives Academicæ Nobilissimi!* ne
Vobismet ipsis desitis, quæsumus, sed HOC AGITE, ut studium Nostrum sedulitate atque frequentia Vestra gnæviter excitetis. VALETE! P. P. Giffa, Dominica Palma-
rum, Anno Eparchiæ Christianæ M. DC. XCVI.

IN FACULTATE THEOLOGICA.

JOANNES CHRISTOPHORUS *Ordinar. Publ. & P. P. prima-
rius, Conf. Ecclesiæ & Supraintendens*, publicè Do-
ctrinam de Mediis Gratiæ absolvet: privatim,
que in Collegio EXAMINATICO-PRACTICO tradidit, &
Historiæ Ecclesiasticæ præcipua Capita, pertractabit, nemini
suo studio in his & aliis defuturus, quantum vires & cumulata
negotia permittent.

JOHANNES HENRICUS MAJUS, *SS. Theol. Prof.
Ordinar.* post absolutum in publicis recitationibus *Psalmum*
Amasum iusto Commentario illustrabit, & quomodo ejus
vaticinalis comminationesque ad nostra exulcerata tempora ac-
commodari utiliter in praxi queant, ubique demonstrabit.
Privatim verò continuabit *Tractatum de Divinis libris* iustitiam
f. *Tractatum Evangelicam ex Pericopis Evangeliorum Domini-
cæ & Festivæ. Adhæc Synopsin Theologiæ Morali ex Libris*
Symbolicis concinnatam exponet, publicisq; disputationi-
bus subijcet.

HENRICUS PHASIANUS, *SS. Theol. D. Ejusdemq; Prof.
Extraord.* absolutis superiori anno *Socinianorum* contro-
versis, reliquis, quæ cum *Fanaticis* intercedunt, ordine aggre-
diatur, eaque, cum DEI, brevitate expediet, ut nihil omitta-
tur eorum, quæ ad momentariorum pertinere videbuntur. Pri-
vatim Collegium *Latini Disputationum in Theologiam Thet-
icam* Rhetoricam, ad universalem fere perduciam, se adhibet
vel, si ita visum Dno, Auditoribus fuerit, *Disputationum* *stori-
cæ*, contra Pontificios, Calvinianos, &c. instituet: cujus usus,
annexa libris Symbolicis controversiarum Sylloge, inservire
possit; vel, de quo convenit fuerit, autor alius. Nec mi-
nus *Homilieticum* continuabit, si Dno, Collegatum superiori
par numerus fuerit inventus.

IN FACULTATE JURIDICA.

FRIDERICUS NITZSCHIIUS, *D. Consiliar. Hoff. & Prof.
Publ.* in Lectionibus Publicis V. D. Commentationem ad
Capitulationem Josephi Romanorum Regis continuabit; Pri-
vatim similiter in Collegio ad Dn. *Schneideri Introductionem*
ad *Jura Publicum* perget, idque bono cum Deo absolvet; Et si
quæ potest ex Dno. Studiosis sub umbone ipsius disputando se
exercere volupe est, his opellam suam ex voto sedulo polli-
cet.

JOHANNES NICOLAUS HERTIUS, *J. U. D.
& Prof. Digest. Publ.* post absolutum ad Digesta collegium,
denovo D. V. novum suscipietur, si numerus sufficiens Audi-
torum se aggreget. Exercitium disputatorium quodque con-
tinuabit, publicè item instituetur, si qui maluit horâ publicis

lectionibus destinata publicè audiri. Ceterum publicè in ra-
rioribus argumentis pertractandis pergam, nec deero ut alia à
me desiderantibus pro vitâ satisfiat.

BERNHARDUS LUDOVICUS MOLLENBECIUS,
J. U. D. & Prof. Ordin. Postquam *Successionis Testamentariæ*
& *Legitimæ* materiam absolvet, nunc de *Obligationibus & Alia-
rum* *Legum* *Legationibus Institutionum* vixit ac *Dige-
storum* *Servituti* continuabit, & si qui disputando exerceri
velint, his operam suam non denegabit.

IN FACULTATE MEDICA.

IUSTUS FRIDERICUS DILLENIUS, *Med. D. & P. P.
Ordinar.*, h. t. *Acad. Rector*, quoties per negotia Redo-
catalia otium sibi concessum fuerit, inquisitionum pariter & exo-
tericarum *Plantarum* in Horto Medico obviarum *demonstra-
tioni* vacabit horâ solita. *Domesticam* verò suam operam atque
inductam honestis *invenit* *lâs* *philosophicæ* votis atque desideris,
sive in Theorica sive Practica Medicina eam experientie, per
zelosos soles libentissimè confectabit.

CHRISTIANUS LUDOVICUS TACKIUS, *Med. Lic.
Ejusdemq; Prof.* *Ord.* Quamprimum per DEI gratiam
cum pristina valetudine in gratiam redierit, officio suo tum
publicè tum privatim pro posse satisfacere studebit.

MICHAEL BERNHARDUS VALENTINI, *Med. D. &
Prof. Extraord.* absolutis his, quæ in Medico hujus Secu-
li (sub hâc Sempranii Garzelli nomine à Mantio edito) de
Studo *Medici* *seculi* *inchoandæ* & *absolvendæ* restant, publicè
instituta præleget & quem ad typum parat *Candidatum Medici*
cina V. D. disputando expediet. Intra privatos autem parietes
Philatius sibi coneredit *Materiam Medicam*, *Methodum præ-
scribendi formulas Præsing*, *Clinicam* per Casus ab iisdem resol-
vendos inculcabit.

IN FACULTATE PHILOSOPHICA.

HENRICUS PHASIANUS, *SS. Theol. D. Histor. etq;
Oratoria Prof. Publ. Ordin.* *liberum* *symbolicarum*, DEO
bene juvante, lectionibus ætatis publicis, historiam exponet.
Privatim, in gratiam Eloquentiæ Auditorum de *Patriarcharum*
historia *occurrentes* *orationes* præcipuas excerpit, & juxta præ-
cepta Oratoriæ expoliendas monstrabit. Neque denegabit
opellam, si qui, in cognoscenda *Ecclesiasticæ historia* *integra*,
studium desiderant.

JOHANNES HENRICUS MAJUS, *Ling. Oriental. Prof.
Ord.* non sinit operam suam studium ullo in genere sive
Philologiæ sive Lingux desiderari, & si non ubique omnibus
ac singulis, propter multiplicata officia, scire satis ipse pote-
rit, consilio tamen suâ adit, & subsidiariam operam per
idoneos prætulitque Magistros præstabit.

MICHAEL BERNHARDUS VALENTINI, *Prof. Phys.
Ordin.* publicè *Errores Scholarum Physicæ* enarrabit eorū-
que rationibus æque ac experimentis emendabit. Privatim
& contra *Veram* & per Naturam ad DEUM nos ducentem *Phil-
osophiam* docebit, ejusque Partem Generalem per *disputationes*
Cyclicas ultimis Septimane cujusvis diebus sive publicè sive
privatim habendas ventiletur: Specialem verò ita pertractabit,
ut & triplici Naturæ regnò *Mineralia* *la Metallifodinis* *SER E-
NISSIMI NOSTRI* *Buribacensis* & *Königsbergensis* *Vegetabilia* in Horto Medico, sylvis & pratis: *Animalia* in
vicino nobis Theatrophio Dillenburgeni ipsi Auditorum
oculis subijcetur sit.

GREGORIUS NITZSCHIIUS, *Jur. Lic. Polit. & Erb.
P. P. Ord.* Lectiones publicas in D. Adami Rechenbergii
Lineamenta Philosophiæ Civilis, quibus Autor utramque Philo-
sophiæ Practicæ partem perspicuè admodum & eleganter de-
lineavit, induit. In Collegiis etiam privatim, ut desideria
Auditorum se explicabant, operam suam exhibebit.

JOHANNES REINHARDUS HEDZINGER,
*S. Th. Lic. Jurispr. Naturalis, Philosophie prima et Organi-
Prof. P. O.* capta methodo in Publicis, quæ doctrinam quæ
Auroris, pergere ejus diu constituit. Privatim vero Col-
legia pro lubitu & capiti Auditorum, maxime verò in *Juris-
prudentiâ* *N.* pollicetur. In *Legum* *ARTEM COGITANDI*
ex subtili utique opusculo Dni *La Ron Galli*, in *Metaphysicâ*
altissima Veritatum naturalium pinctura, errandisq; vulgare
vitiis, utatione *Metaphysicâ* *epique* *libri de* *Logica* *positi* *posi-
tati* *na* *stallabit*, ut *la* *metaphysicâ*, sive cum Bono probè
observetur.

GREGORIUS DANIEL GERNAND, *Græcæ Lingua
Prof. Publicæ Ordinarius*, sicuti hactenus non sine ma-
gna jucunditate intellexit, avidè mente amplexos fuisse quos-
dam studium istud, quod publicè in tractatione epistolæ Pauli
ad Romanos philologica collocavit: Ita constituit secum, ad-
juvante celsi bonitate persequi rem istam, animosque
Dnorum Studioforum extimulare adhuc majorem in modum,
ut ælimationi atque culturæ pretiosissimi istius Sermonis, quò
Spiritus S. oracula atque mysteria Novi Testam. exscribere pla-
cuit, operam dicare sanctam, illiusque admirari velint ma-
joratem. Dehinc in collegio privato maximo opere etiam occu-
patus erit in continuanda epistolæ Pauli ad Hebræos scruta-
tione: Vel si Dnis Studiosis placuerit audire Scriptorem alium,
sive Christianum, sive gentilem, puritate, atque excellentiâ
stylis Græcæ commendatum, de se confirmat, laboraturum
se esse vehementer, ut desiderio illorum optimè satisfiat.
Quicquid præterea ad salutem Dnorum Studioforum pertinere
visum fuerit, ad istud omnem curam, cogitationem, mentem-
que omnem traducet, quippe cùm stentibus illorum rebus
nil aliud reputet optatum.